

se erat nouorum operum et græcorum præcipue cupientissimus, meo hortatu Constantinopolim misit qui ad se coemptum deferret, delatumque mox mihi ostendit, dixitque velle se ei quiduis premii polliceri qui latinum hunc faceret. Et sane ipse id opus aggressus essem ac lubens, nisi me tunc alia grauis traductio præoccupasset. Restat igitur adhuc liber iste in Pontificis bibliotheca intactus et, ut arbitror, tibi seruatus, ut ea cum dignitate, quam græce sonat, vel saltem proxima, latinum facias. Et spero fore pro tua utriusque linguæ singulari peritia ut non minus laudis in hoc conuertendo promerearis, quam auctor ipse in edendo promeritus sit. At dices non esse illa nunc exposita premia que Nicolaum pontificem narras proposuisse, nec tales nunc principes qui eius vestigia consecretentur. Cur ergo tantum laboris insumam? Nec ipse quidem inficias eo. Quidni? qui experientia doctus id ausim confirmare, nec principes tales nunc esse quales antehac extitere, nec ea laborum virtutumque premia. Sed quis adeo fuerit siue illiberalis siue ingrattissimus princeps, qui, ubi librum hunc illi traductum dono detuleris, non te muneribus principe dignis et magnis honoribus prosequatur? Aggredere ergo id opus, et pro eius ut dignitate absoluas continenter incumbe. Age romanum virum et animo ingenti difficultates omnes peruade. Est quidem hoc, fateor, interpretatu difficile, sed eo plus laudis consequeris quo rem non facilem aggressus videbere. Vale.

Immédiatement après cette lettre, on lit (au f. 2 recto) dans certains exemplaires une épître dédicatoire de Christophe Persona au pape Sixte IV, et dans d'autres une épître du même au doge Jean Mocenigo et au sénat de Venise. On trouve le feuillet qui contient cette dernière relié à la fin de l'exemplaire de notre Bibliothèque nationale.

La jolie lettre de THÉODORE GAZA reproduite ci-dessus nécessite quelques observations. Et d'abord, elle fut écrite assez longtemps avant la publication du livre qui nous occupe, puisque Théodore Gaza mourut en 1475.

Nous y lisons que, sur les conseils de ce savant grec, le pape Nicolas V avait envoyé quelqu'un à Constantinople exprès pour y rechercher le traité d'Origène contre Celse. De la part d'un biblio-

